



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Agenda, Sev Ritvale Osnabrvgense**

**Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>**

**Coloniæ Agrippinæ**

Benedictio ovorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41233**

ejusdem Domini nostri Iesu Christi ; qui tecum vivit & regnat in sæcula sæculorum.  
*Resp.* Amen.

*Ex mox aspergat aquâ benedictâ.*

*Benedictio Ovorum.*

*Vers.* Adjutorium nostrum in nomine Domini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

**S**ubveniat, quæsumus Domine, tuæ benedictionis **†** gratia huic ovorum creaturæ, ut cibus salubris fiat fidelibus tuis, in tuarum gratiarum actione sumentibus, ob Resurrectionem Domini nostri Iesu Christi, qui tecum vivit & regnat in sæcula sæculorum.

*Resp.* Amen.

*Aspergat aquâ benedictâ.*

*Benedictio Panis.*

*Vers.* Adjutorium nostrum in nomine Domini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

**D**omine Iesu Christe, panis Angelorum, panis vivus æternæ vitæ, benedicere **†** dignare panem istum, sicut benedixisti quin-

que